

est ejusdem Textus lectio. Quare legendum *Crispa* suspicatur Serarius, quo nomine Sacerdotes quidam apud Thracas (a), celsibem vitam agentes innotescunt.

Quamquam Hebraeorum omnium religiosissimi erant Essenit, nec Templum frequentare cum ceteris volebant, nec sacrificia offerre creuerunt, saltem in loco sancto; ita enim *Josephus* & *Philo* inter se conciliantur. *Philo* etenim [b] disertè asserit, nullas unquam ab illis victimas immolari, sed puras & diligenter paratas animas Deo offerri; *Josephus* verd̄ (c) narrat, nullas quidem ab illis in Templo offerri victimas, metu ne aliorum hominum fortè ibi versantium commercio macularentur. Satis habebant eò munera sua mittere, atque consecrare, veluti grati animi erga Deum sui pignus & monumentum.

Ad 4000. circiter Esseniorum per universam Judæam dispersa *Philo* [d] commemorat. In superioribus Engaddi certas eorum sedes assignare *Plinius* visus est (e), tradens insuper, palmarum, quarum est ingens eò loci ubertas, fructibus victitasse. Docet tamen *Philo*, pluribus in Urbibus vicisque certas gentis sedes mansisse; moram autem libentius in agro traxisse quam in Urbibus, persuasos commercium hominum plus esse animabus periculi, quam corporibus corrupti aeris respiratio. Agriculturam colebant, & alia quæcumque pacis quietisque opera, quibus nec ab amore solitudinis, nec ab eà vitæ puritate, cui studèbant, absterrentur. A mari longius sedes constituiebant, ait *Plinius*, quod sibi periculi plurimum imminere intelligeret ex commercio, maritimis in locis frequentibus.

Nec *Logica* nec *Physicæ* operam dabant, teste *Philone* [f], quamvis, auctore *Josepho* de bell. lib. 2. cap. 12. non incuriosè versarent Veterum Libros, unde plurima de virtutibus simplicium, radicum, & alia hujus generis remedia addiscebant. Eorum tamen studia omnia ad moralem facultatem comparandam *Lege*que *Mosaicâ* collimabant, ejus *Legis* lectio potissimum dies Sabbati ab ipsis devota. Porro die Sabbati in Synagogam (g) convenientes, suoque singuli assidentes loco, seniores supra juvenes, & illi vicissim suo ordine, unum è cœtu legentem volumen *Legis*, & alterum lectioem illam interpretantem, symbolicâ plerumque allegoricâ, & parabolicâ pro veteri more (*) ratione, auscultabant. Instruebantur potissimum in pietate, justitiâ, œconomia, politicâ, amore Dei, proximi, & virtutis.

Tres erant Esseniorum classes: prima eorum, qui sibi connubium interdicebant; secunda, quorum permissus connubii usus, non sine cautionibus, supra à nobis descriptis; tertia Esseniorum contemplationi unicè vacantium, quorum mores & disciplinam sub *Therapeutarum* nomine describit *Philo* in libro de vita contemplativa; quique Ægyptum pro maiori suorum parte incolebant, & Christianos habendos Patres Ecclesiæ arbitrati sunt. Hæc veterum sententia nostrâ ætate iterum revixit, & plures virorum doctorum calamos exer-

cuit, ad quos Lectores remittimus.

Tandem cœtus erat fœminarum, idem instituti genus profitentium, quemadmodum *Josephi* & *Philonis* testimonio constat. Eadem illis datâ proportione erat instituti tyrones, sequæ exercendi ratio. Nec deerant inter *Therapeutas* virgines, & fœminæ, etiam provectioris ætates, continentiam sectantes; institutionibus die Sabbati aderant, in loco tamen à viris intermedio pariete trium vel quatuor cubitorum discreto, ut audire quidem vocem loquentis, virorem autem prospectum habere non possent. Comuni etiam mensa assidebant; viri quidem ad dexteram, fœminæ ad sinistram, strato cuidam rudi crassoque assidentes. Uxoribus Esseniorum idem vitæ genus cum viris prescriptum.

Mirari subit, cur neque in Evangelio, neque in aliis Libris N. T. ne vestigium quidem ejus sectæ occurrat, qua honorificentius nihil in tota Judæorum religione, nihilque magis in tota regione celebratum. Quomodo fieri poterat, ut ejus probitatis viri non certatim ad Jesum Christum accederent? Cur nemo unquam illorum sacra Christianorum amplexus narratur? Profectò si Jesu Christo necessarij fuissent homines longo virtutum studio excellentissimi, in *Legis* & *Prophetarum* scientia versatissimi, nemo aptior, quam Essenii ad Apostolatam vocari poterat. Verùm alia illi fuerant consilia, noluitque ita religionem Christianam constituere, ut humanum aliquod opus videretur. Quare aptissimos sui à se præstitit viros elegit.

Ad hæc, Evangelium in locis ab Essenit frequentatis annunciatum fuisse non satis apparet; neque enim in Ægypto, ubi pro majori sui parte debebant, fides Christi annuciata est ab ipso fidei auctore Jesu, ut proinde nihil de illis haberi in Evangelio faciliè intelligamus. Nec S. Paulus, cujus unius tantum prædicationis historiam literis mandatam habemus, eam regionem unquam discurret. Post Christi Ascensionem plures Esseniorum victas fidei manus tradidisse non invitè censemus; nihilque mihi nisi probabilissimum apparet in ea Patrum sententia, quæ *Therapeutas* primam Ægypti Christianitatem constituisse arbitratur. Profectò ad eorum normam prima in Ecclesia Cœnobia constituta sunt, & inter Ægypti Fideles plura etiam spectantur vestigia veteris Esseniorum disciplina.

ARTICULUS IV.

De Herodianis.

Obscurissima est Herodianorum origo, quamquam recentiorum esse Sectam, nec nisi post initum ab Herode Magno Judææ Regnum cœptam, satis constat. Neque apud *Josephum*, *Philonem*, & alium eorum Auctorem sub illo Herodianorum nomine, quo in Evangelio non semel appellantur, innotuerunt. Apud S. Matthæum & Marcum unà cum *Pharisæis* capiendi *Christi*

h Matth. 22. 16. Marc. 12. 34. i Marc. 3. 6. k Marc. 8. 15. l Vide Var. lection. in N. T. Millii.

Christi consilium agitant (b); quod item aliâ vice in Capharnaum (i) ab ipsis præstitum est. Cavendum à fermento *Pharisæorum* & *Herodianorum* Jesus Christus edicit; quibus verbis insinuatur dogmata *Herodis* (k), sive *Herodianorum*, iuxta-plura Mss. sedulo vitanda (l). Post obitum Jesu Christi nihil de illis sive in Actis, sive in Apostolicis Scriptis, unde facilis conjectura, Sectam illam & numero hominum & nominis celebritate atque potentia multum reliquis concessisse.

Sunt autem de Herodianis septem vel octo variæ Auctorum sententia. Veteres inter se, inter se pariter & Recentiores eâ in re committuntur. Plurium sententia tenuit, ideo *Herodianos* dictos, quod in Herode Messiam agnoscerent. Sed quis Herodes iste? multi enim ejus nominis Principes in Judæa regnarunt: quem verd̄ hæretici illi Messiam crederent, non satis convenit. Porro Judææ Regnum tres Herodes, à quibus Herodianorum nomen repeti posset, tenuerunt. 1. Herodes Magnus, qui paulo post Christum natum diem clausit. 2. Herodes Antipas, prioris illius filius, qui in Galilæa regnavit, neci Joannem Baptistam tradidit, atque Jesum Christum capere molitus est (m). 3. Herodes Agrippa, nepos Herodis Magni, necesse S. Jacobi Episcopi Jerosolymitani, atque carcere S. Petri, ac tandem morte illi calidè immisâ, dum Cæsareâ verba pro concione diceret, in Actis notus.

S. Epiphanius in hæres. Herodian. S. Hieronymus contra Luciferian. & Auctor Additionum ad Librum de Præscriptionibus Tertulliani, sicut & Recentiorum plures (n) autamarunt, Herodianorum nomen ex priori illo Herode, quem veluti Messiam habuerint, derivandum. Cum enim ejus ætate in expectationem novi Regis univerfa erigeretur Judæa; cum una esset totius Orientis expectatio, de Libertatore nempè & Rege per universum orbem regnâturo; cum iuxta Jacob oraculum sceptrum è manibus Juda excidisset (o); in eam venerunt opinionem, num Herodes ipse, Rex atque strenuus, felix, magnificus, Imperatoribus, & maximè fortunæ charus, ipse esset quem venturum opperirentur. Porro Rex ille legibus *Mosaicis* deserebat plurimum, & licet in multis adversus illas peccaret, necessitate tamen colendi Romanorum amicitiam (p); penes quos tunc temporis summa erat rerum potestas, factum excusabat.

Ad hæc Herodes, Princeps si quis aliis ambitiosissimus, potuit adulatorum assentationibus in eam faciliè opinionem venire, ut se ipsum tamquam Messiam ingereret, & quamquam aliqui minus in ea re assentationibus illis crederet, è re sua esse facile arbitrabatur, ut eam de se opinionem in Republica gubernanda sibi maximè utilem foret. Afferunt pariter, flammis ejus jussu absumpta fuisse Tabularia, ubi genealogiarum documenta servabantur; ne de Davidis domo, unde Messiam proditurum norant omnes, aliquid ulterius nosceretur. Nec modicè huic opinioni confert summa

Regis circumspectio in omnia, à quibus periculi aliquid sibi imminere intelligeret, quemadmodum ex *Innocentio* cade demonstratur. His simul omnibus persuasus, Messiam se credere, vel saltem credi ab aliis non invito facile passus est.

De festo quodam Herodis Romæ, non sine luminaribus, ingentibusque computationibus in honorem Herodis, hæc legas apud *Persium Satyr. 5.* vers. 180.

Herodis venere dies, unâque fenestra, Disposita pinguem nebulam vomere lucerna. Tuncet alba fidelia vino.

Porro festum illud à Judæis in honorem Principis, quem Messiam crediderint, celebratum aliqui autamarunt (q). Malunt alii referre ad Nepotem ipsius ex filio, Herodem nempè Agrippam, virum Caligulæ, Claudii, & Neronis favore potentem. Placet alius nomine Herodis à Poëta Judæorum gentes omnes designari (r). Aliud Herodis festum consignatur in Veteri Calendario Hebræorum, in quo hæc legas: Festum septimi Charleu (mensis est Novembris) pro obitu Herodis, quod ille Sapientes odio insectaretur; letemur autem coram Domino, cum impios è mundo facessere contigerit; scriptum est enim, Manus Domini contra eos, ut eos educat ex agro.

Ne quid autem moremur in demonstrando, Herodem Magnum diem claudere non potuisse mensè Novembris, constat sanè, publicam hanc latinæ significationem in odium Principis, & sævæ illius iudolis dejectionem notus quam in ejus honorem indictam. Quare ab us planè decerni non potuit, qui Herodem tamquam verum Messiam habendum censuerunt; sed à *Pharisæis* potius, quorum viros Principes Herodes persecutus est (s). Porro nullus è Messia caracteribus Herodi inerat; nec vitæ, nec obitus viri vulgatæ huic opinioni favebant. Tyrannum enim egerat, libertatis Judæicæ oppressorem, qui tantum religioni deserret, quantum rebus suis conferre intelligeret. Terribilæ mortis genere oppressus est, quæ ultionis Divinæ præsentissima animadversio à Judæis reputabatur (t). Adversus illum legatio è Judæa Romam missa, quam augebant querelis suis 8000. Judæorum Romæ versantium, rogantibus omnibus ut Præfidis alicujus Pagani potius ingum subirent, quam alicujus ex filiis Herodis (u).

Non erat hoc planè Messiam, & Libertatorem Israelis agnoscere; & quando assentatorum artes adeo valuissent, ut novam hanc opinionem aliquibus inderent, parvam hanc virorum manum faciliè post ejus obitum dissipasset evanescebat tunc Principis metus; & spes omnis favoris ipsius præcisa. Quare nihil de illa auditum credi par est anno 33. vel 35. Jesu Christi. Tandem nunquam in animum inducimus, Herodem, si Messiam esse se persuasum habuisset, viros doctos in adventu Magorum coram se accituros fuisse, ut de patria Messiaë disquirentes audiret (x).

Secundus Herodes, quem Principem Herod-

q Cornut. in Persium. Herodis diem natalem Herodiani observant, ut etiam Sabbati. r Petit Var. l. c. c. 18. Vitringa de Syng. l. 1. c. 9.

s Joseph de Bello Judaico l. 1. c. 21.

t Joseph de Bello l. 1. c. 21. p. 772. 773.

u Idem Antiq. l. 17. c. 12.

x Matth. 2. 4.

y Basnag. Hist. Jud. l.3. c.8. n.8. 16. 17. Gallicè. Ita Theophyl. Euthym. z Joseph Anti- quit. l.18. c.9. a Luc.13. 32.

b Apud Har- duin.

c Joseph Anti- quit. l.17. c.9.

d Philastr. de Hæresib. Prae- teol. Elench. Hæres. n.14.

e Joseph Anti- quit. l.18. c.8.

f Vide Har- duin. de Num- mis Hero- diad. pag.97. Not. Cleric. in N. T. & Hammon. Lig- foot. bor. Hebr. Faber. Grot. g Mar.8. 15.

rodianorum, tanquam Messiam ab illis ha- bitum, aliqui reputarunt (y), ipse Anti- pas Galilæa Tetrarcha. Vir fuit si quis alius ambitiosissimus, à quo fœdus cum Sejano adversus Tiberium initum, convi- ctus pariter constructi, instructive arma- mentarii 70000. viris armandis (z). Cal- liditatem eius saggillans Christus, vulpem appellat (a). Fortunæ Romanorum Impe- ratorum studere se aded affectabat, ut in nummis hunc sibi titulum vindicaret: Ana- tor Imperatoris Claudii (b). In visis adhuc egisse facile credimus, quo tempore Jesus Apostolos monebat Marci 8.15. ut ab He- rodis fermento caverent: Immodicè tandem, qua ferebatur, ambitione, Romam Regio sibi titulo poscens delatus, expeditionis sue infelicem exitum nactus est (c). Lugdu- num enim extorris actus, diem ibi clausit unà cum Herodiade foeminà scelestissi- mā, quam à priori viro Philippo fratre suo adhuc superstite, & patre ex eadem uxore puellæ nomine Salomes, abriperat. Hæc rerum Herodis catastrophe non- fatis congruit cum Judæorum de venturo Messia ideâ & præjudiciis. Genus Herodis infestabantur; raptum Herodiadis, Joannis Baptistæ necem aded detestatos il- los constat, ut his crimimbus nihil à Mes- sia alienius crederent. Angustis contine- batur limitibus tota Herodis ditio; cum interim Hebræorum expectatione Messias venturus esset tanquam Rex potentiâ, virtute & gloria florentissimus, iugo ser- vitutis oppressam gentem relevaturus. Ni- hil tale de Herode sive narratur, sive ab illo suscipiendum expectabatur. Philastrius (d) alique nonnulli autuma- runt, Herodem Agrippam à Caligula Ju- dææ Regem constitutum, nomen dedisse suum Herodianis; sed nihilo illi feliciores in sua hac conjectura. Herodiani ante Agrippæ Regnum in Evangelio innotescunt; rerum enim potius est Agrippa tri- bus, vel quatuor annis post Jesu Christi decessum. Sectatores habuit planè nullos, nec ulli unquam venit in mentem, ut Mes- siam illum reputaret, quo tempore intra privata fortunæ terminos tanquam invi- sus Tiberio Princeps continebatur (e). De- serenda igitur hæc sententia, quippe quæ nullo fulcitur argumento. Recentiores nonnulli (f) à Saducæis re- petendos Herodianos censuerunt; alloquens sanè Christus Marci. 8. 15. Discipulos, ait: Cavete à fermento Pharisaorum, & à fermento Herodis [g]: quæ verba ita reddit S. Mattheus 16. 6. Cavete à fermento Pha- risæorum, & Saducæorum. Nomina igitur Herodis, sive Herodianorum, ac Saducæo- rum tanquam unam eandemque gentem de- signantia indiscriminatim usurpantur. Veritatis ista quidem speciem præseferunt, non tamen usque aded convincunt. 1. Potuit Herodes Saducæam sectam profiteri, absque eo quoddam sectæ illi nomen darent He- rodiani. 2. Potuit Jesus Christus de Phari- sæis, Herodianis, & Saducæis egisse; cum interim S. Marcus omnissum nomen à S. Matheo restituerit; ac vicissim S. Matheus vocem aliquam expresserit à S. Marco ne-

gledam. 3. Saducæi pariter favisse pote- rant Herodi, absque eo quoddam Saducæi- mum ille profiteretur. 4. In Evangelio tan- dem Saducæi ab Herodianis apertè distin- guuntur; quo enim capite narratur, Sadu- cæos, & Herodianos ad capiendum in ser- mone Jesum venisse, post aliquot verifico- los aditum est: In illo die accesserunt ad eum Saducæi, qui dicunt non esse Resur- rectionem, & interrogaverunt eum. Quis porro credat unum eundemque Scriptorem intra septem, vel octo linearum spatium eandem gentes variis designasse nominibus, eisdemque, quos paulo ante Herodianos nuncupavit, deinde vers. 22. Saducæorum nomine designasse, tum & dogmata distin- xisse? Author Operis Imperfecti in Mattheum ex Paganis Herodi Antipæ subjectis He- rodianos derivat. Sed Pharisaos cum Paga- nis consilium capiendi in verbis Jesum agi- tasse quis credat? Nunquam sanè legitimo, Paganos molitionibus Judæorum adversus Jesum Christum implicatos. Demonstrandum sibi Drusius suscepit (h), Herodianos potuisse facile à Græcis illis acciri, quos Herodes in deserto nactus Je- rosolymam adduxit, ibique per familias propagati sunt. Sed Drusius vocem He- bræam Jonim de hominibus usurpavit, cum alioqui columbas designet, & cicutas, ac domesticas Rex Herodes Jerosolymæ ha- buit, ibique genus avium singulare perpetua- runt. Plerique Patrum autumant (i), Herodianos appellari satellites, milites, ceterosque Herodem comitantes. Porro Rex ille Festum eo anno Paschale Jerosoly- mæ celebrabat, quemadmodum ex S. Luca. 23. 7. 8. constat; eodemque pariter Jesus advenerat. Flagrabat autem Herodes desi- derio videndi Jesum, in quem mala agi- tasse consilia legitimo Luc. 13. 31. 32. Quare ejus satellites volentes Principis, & suo pariter genio, atque livori obsequi, sive ut gratiam Pharisaeis præstarent, Jesum tentaturi in re maximè ardua, de statu nimirum rerum præsentium, convenerant, quaerentes, num tributum solvere Roma- nis fas esset. Solemne fuit apud Veteres, ut famulis & aulæ Principum Praefecti du- ducta à Dominis suis nomina tribuerentur. Nota sunt nomina Pompejanorum, Caesarianorum, & Germanicorum; eodem- que pariter consilio domestici Herodis He- rodiani faciliè appellati sunt. Hæc plausibilia sunt aded, ut nisi He- rodiani aliàs etiam paruisent, nulla probi- etiam Herodiani, aliis temporum circum- stantis locisque se produnt, ubi neque Regis neque Regiæ aulæ vestigia ulla. Ubique autem, cum de Herodianis sermo, constituta iam secta, & in regione subsi- stentis, & dogmatum singularitate à Phari- sæis, Saducæis, atque Essenii, distincta species apparet; quare Jesus caverent se ab eorum opinionibus, Discipulos admonuit (k). Maluerunt nonnulli (l), Herodianos gen- tem fuisse politicam, quæ Romanorum & Herodis dominationi faveret, contendentes ad.

h Drusius in prateritis. Ex Libro Aruch.

i Chrysof. Hieron. Drut- mar. b. c. Syr. Janf. Vatab. Erasmo. Ge- rard. Ham- mond. Scultet. Natal. Ale- xand. b. c.

k Vide Marc. 3. 6. & 8. 15. l Origen. in Matth. tom. 17. Grot. Maldon. Ligfoot. Menoch. Vide & Cyrill. Alex- and. l. 2. in Ist. c. 11. & Theophyl. in Matth.

m Strab. l. 16. p. 765.

n Matth. 22. 16. & 12. 14. Marc. 3. 6. & 8. 15.

adversus alios Judæos, quos nimis liber- tatis suæ amor tenebat, indigita à Roma- nis & Herode vestigalia omnino solvenda. Invidia in illos creandæ gratiæ Herodiani appellati, quemadmodum si fortè in Re- publica duæ civium factiones dissentiant, alia Regionum appellaretur, alia Republica- norum, sive libertatis fautorum. Desideran- tur fulciendo huic systemati argumenta. Quod etiam adstruit, illud maximè demon- strandum esset, nimirum Herodianos pro vestigalium solutione stetit, cum potius adversæ opinionis fautores à nobis repu- tentur. S. Justinus Martyr Dial. cum Tryph- autumavit, Herodianos favisse Herodi, non tanquam Regi, sed tanquam Summo Sa- cerdoti. De sacra illa Herodis dignitate ne verbum quidem apud Josephum; nec ille quidem ad sacram Aaronis familiam pertinebat. Sed Strabo (m) mirâ confi- dentiâ rem illam affirmat; nec latet Herode- dem Magnum post obitum Aristobuli fra- tris uxoris suæ de Sacerdotio pro suo ar- bitratu disposuisse, modè asumentem, modè pro arbitrio Sacerdotis exautorantem. Quando tamen Herodes satis validam Judæorum manum præsto habuisset, quorum favore legitimo Summus Sacerdos affere- retur, quod sanè prorsus ambiguum est, & dubium; ipsâ tamen Herodis morte om- nini illa factio evanuisse, vel sanè 33. in- tegris post ejus obitum annis nunquam- permansisset, quo tempore Herodes nepos Herodis Magni nullum sibi in Summum Sacerdotium jus arrogabat; omnia enim arbitratu Præsidium Romanorum, jura in- provincia dantium, disponebantur. Post expositas & refutatas diversorum opiniones de Herodianis, nostra tandem- promenda, in qua hæc potissimum con- gruere necesse est. 1. Illud laborandum, ut sententia eligatur, quæ Herodianorum sectam à Phariſæis, Saducæis, & Essenii distinguat. Nemo sanè illos cum Phariſæis & Essenii confundendos censuit: à Sadu- cæis quidam deducendos, à nobis in su- perioribus argumentis revicti sunt. 2. Herodianorum nomen satis indicat nonnisi post Herodis Regnum genus illud homi- num paruisse. 3. Mutuo cum Phariſæis foedere, quibuscum semper in Evangelio junguntur (n), convenisse. 4. In partes venerant illius controversiæ, num ve- stigalia Romanis pendenda essent. 5. Mo- ralia sectæ dogmata, tanquam perniciosis- sima, cavenda Jesus Christus edixit. Profectò omnia ista nemini melius, quàm Discipulis Judæa Gaulonitæ sive Galilæi qua- drant. Secta erat hominum in regione notif- sima, cujus est apud Josephum Antiq. lib. 18. cap. 1. 2. sermo. Author ille, postquam Phariſæorum Saducæorum, & Esseniorum meminisset, quartam aliam Philosophorum apud Judæos innotuisse sectam, Juda Galilæo authore, narrat; ejus miram fuisse addit cum Phariſæis in omnibus quidem consen- sionem, excepto tantùm libertatis amore, quo tenebantur aded, ut Deum unicè Do- minum & Principem agnoscendum esse, cui tantummodo parendum, contenderent.

Florebant maximè, quo tempore Jesus Christus in Judæa Evangelium annuncia- bat; cujus Authorem Judam Galilæum. tunc in Provincia versatum, cum Augu- stus censum indicisset, Gamaliel in Actis 5. 37. restatur. Josephus sectas Judæorum in gente ante captam urbem Jerusalem obtinen- tes describens, Judæ sectatores non silet. Verum post everfam Urbem & Templum, desolatamque provinciam, ad eas angustias redactus est populus, ut deliberandum si- bi ultra, num solvendum esset Romanis tributum, non maneret. Quare secta illa penitus dissoluta est, ut ne nomine quidem post hæc exaudiretur. Herodianorum indolem veluti depingit S. Mattheus 22. 16. 17. hæc illorum ad Je- sum Christum verba referens: Magister, sci- mus quia verax es, & viam Dei in veri- tate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Im- modicis laudibus animum Jesu Christi capere tentant, altum & magnanimum po- testatum contemptum illi tribuentes; cum illi appingentes, qua ipsi erant, animi habi- tudinem, qui parati essent omnia potius sub- ire, quam Domini nomen aliis quibus- que, uno excepto Deo, tribuere. Sciscitantur deinde, quod maximè capi- tale ipsorum dogma est, & sectæ indolem demonstrat: Licet ne tributum dare Casari, an non? Quibus ea reposuit Jesus Christus, ut satis insinuet, in hac questio- ne negantem illos sententiam tueri. Red- dite, ait, qua sunt Casaris, Casari. Aliud illi profectò expectabant, quàm ut ad sol- vendum tributum, & manendum in fide Ro- manorum suaderet. Hoc planè responsum Phariſæos non respicit; scitum est enim Josephi testimonio, dogma illud de Regis titulo atque autoritate nemini præter- quam Deo asserendâ, peculiare fuisse Disci- pulorum Judæa Gaulonitæ, quo uno à Phari- sæis, in aliis omnibus summo consensu convenientes, distinguebantur. Nomen autem Herodianorum ex Hero- de facile, è cujus ditione tanquam Gali- læi censebantur, sectæ inditum est. Postu- laverant alii è provincia Judæa à Tiberio, ut detractò è collo dominationis Herodis jugo, Romano Præsidi submitterentur (o); Galilæi in fide Herodis manserant, qui om- nes de Herodianorum dogmate suspecti ha- bebantur, & tanquam gens omnium per- niciosissima Jerosolymæ cavebantur. Cùm Jesus Christus ad Pilati tribunal raptus est (p), structa in illum accusatio, quòd se- ditioso vir spiritu populos in defectionem sollicitaret, negans tributum à Casare in- dictum solvi oportere, uno verbo Hero- dianorum in illum invidia creata. Gauli- lęos illos, quorum cruore Pilatus sacra- funestavit, sectatores fuisse Judæa Gaulti- næ suspicamus; illos autem severâ ani- madversione puniendos tradidit Præfectus (q), quòd seditiosum sparsissent in domi- nationem Romanorum murmur. Sed cur Josephus, apud quem frequens de sectatoribus Juda sermo, nunquam ta- men Herodios illos appellavit? Respon- deo, 1. Nunquam ipsorum nomen, quale sue-

o Joseph Anti- quit. l. 17. c. 12. p. 610. 611.

p Luc. 23. 2. 5.

q Luc. 13. 1.